



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fulvii Androtii Societ: Iesv Theologi Opuscula spiritualia**

**Androzzi, Fulvio**

**Coloniae, 1611**

S. Gertrudis dictum de peccato veniali.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48641)

sed sensim, sic homo in vita spirituali  
si peccatorum venialium rationem  
habeat Ut verum sit quod vulgari pro-  
uertio dicitur, neglecto clauo amittit  
ferrum, ferro neglecto equum, equo  
neglecto perire equitem.

Deniq; ait, nullum peccatum esse  
exile, quin contemptum magnum affe-  
rat detrimentum. Neque aestimandum  
esse exile, quod refertur ad tam sublimem  
meum finem nempe amoris diuini. Vnde  
de Dominus in Euangelio dicit. *Qui*

*Luc. 11. minimo fidelis est. Et in maiori fidelis est.*

*SIMILITVDINES AD HOC  
propositum accommodata.*

**Q**UAE AD MODVM bonus fi-  
lius, beneuola coniunx, & fide-  
seruus, cauent diligenter ne vel mi-  
nime offendant patrem, maritum, Do-  
minum, sic nos sedulo cauere debemus  
ne vltio vel minimo lapsu offendamus  
Dominum Deum, considerareq; non  
peccati paruitatem, sed prohibitionem  
Dei, qui magnus est, qui in die iudicij  
vult sibi etiam de verbo otioso re-  
sponsum rationem.

*S. GERTRVDIS DICTVM DE  
peccato veniali.*

DOM

**D**ominus Deus quodam tempore illi indicauit duo esse genera peccatorū venialium, Quædam enim sunt defectus tantum, qui inconsideratè etiam à pijs committuntur. Et hæc permittit Deus, vt maneāt humiles, & submissè de se sentiant, atq; ita se melius in virtute exerceāt. Alia verò sunt, quæ velut parui momenti à quibusdam continentur, & quod peius aliquando, quasi peccati rationem non habeant, defenduntur. Et propter huiusmodi lapsus vel peccata potest homo venire in magnū salutis discrimē. Quiq; hoc genere peccatorum obnoxij sunt, parum in virtute proficiunt.

**EX DICTIS MAIONAM CON-**

*solationem posse capere scrupulosos,  
timorem verò eos qui laxa  
sunt conscientia.*

**S**unt quidam adeo scrupulosi, vt omnibus in rebus putent se peccare, & dū peccant venialiter perinde anxij sunt, atq; si mortaliter deliquissent. Quos id solari debet, Deum tales defectus permittere, ad maius ipsorum bonum, & vt se magis demittant. Alij flocci faciunt peccata venialia, & magno in timore versari meritò debent.

K

QVÆ